

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Locus ab Antedentibus. Cap. XXXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](#)

locū adhibuit in sermone de ieunio. Ieiunāris color grauitatis plenus est, non iinpuidentem ruborem efflorescens, sed pallore modesto ornatus, placidus & nis oculus, sedatus incessus, vultus animi secum loquentis index, nulla intemperantis risus insolentia, moderatio linguae, et cordis puritas. Adhibuit etiam eundem locum, coloribus depingens iracundum: Num decorus est vir iracundus? depositum figuram humanam, bellum figuram assumit, effebuit ira, commoti sunt oculi, non sunt ȳdem oculi, ignis faciem induit. S. verò Hieronymus hoc loco est usus, cùm extreum iudicij diem exprimeret: Siue comedo, siue bibo, siue dormio, semper insonat auribus meis illa vox, Surgite mortui, venite ad iudicium.

## Locus ab Antecedentibus.

Cap. XXXVI.

**A**NTECEDENTIA, hoc ab adiunctū differunt, quod antecedentia sic antecedunt consequentia, ut cum ipsis necessariō cohērent; adiuncta, nō cohērent necessariō. Ratio argumentandi ab antecedentibus, est huiusmodi: Christus resurrexit, qui est resurrectio nostra, & nos resurgemus: nobilissima virtute qui est præditus, nemp̄ charitate, patiens est, benignus est, nō querit, quā sua sunt, sed gloriam Dei habet propositam.

## Locus à Consequentibus.

Cap. XXXVII.

**A**Consequentiibus talis est argumentandi forma: Prudens est, ergo res dubias non affirmat: qui est sapiens, est humilis. Insignis est locus apud Euangelistam Mattheum, quo Dominus & magister omnium, à conse-